Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Circa secundum, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

Ingratū ſe Deo præbe-re. datum cauſarum, quibus juuari poſſit: qui malè & ingratè vtitur donis Dei Deum offendendo.

Circa omiſsionem.

Diuini cultus, vel oratio-nis o-miſsio. Qui timore obloquutorum, &c. omittit debitum Dei cultum: qui non orat nec alia facit, ad honorem Dei neceſſaria: qui neſcit neceſſaria ad ſalutem, & profectū; vt decem præcepta legis, quinque Eccleſiæ, Credo, Pater noſter, &c.

Circa ſecundum. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Circa verba.

Iuramē-tum aſ-ſertoriū. PEccat, qui in juramento aſſertorio per Deum, Sanctos, fidem Dei, &c. ſcienter affirmat falſum: vel dubitans an ſit falſum, certè neſciens eſſe verum, quod jurat: *Iuramē-tum pro-miſſo-rium.* qui in promiſſorio jurat, nō intendens ſeruare: qui jurauit facere, q[uod] peccatum eſt; vel non facere, quod bonum: *Iuramē-tum te-merari-um, & ſine cau-ſa. Vanū.* qui jurauit temerè, irreuerenter, per jocum & demum ſine cauſa: qui vouit rem illicitam, vel licitam, ſed propter malum finem.

Circa omiſſiones.

Qui quod juramento promiſit, ſua cul-

culpa non adimpleuit: qui non ſatisfecit voto cui tenetur.

Promiſſorũ vel votorũ tranſgreſsio.

Circa tertium, Memento vt diem Sabbati ſanctifices: ſub quo ferè præcepta Eccleſiæ.

Feſtorũ violatio.

Circa opera.

PRæterquam quod omne peccatum, in feſtis commiſſum, grauius efficitur: contra hoc præceptum propriè peccat, ſi violauit feſta, per opera ſeruilia, vel prohibita ab Eccleſia, vel id fieri mandauit; Si Sacramenta malè percepit vel adminiſtrauit, ſcilicet in peccato mortali, vel excomunicatione: ſi abuſus eſt ſacramentis, vel rebus ſacramentalibus: ſi excommunicatus ingeſſit ſe diuinis; ſi cum excommunicatis participauit extra caſus conceſſos: ſi ſuſpenſus, aut irregularis, aut interdictus, ingeſſit ſe prohibitis: ſi violauit Eccleſiam, vel cœmiterium, ſemine, vel ſanguine: ſi immunitatem loci Eccleſiaſtici, per ſacrilegium, vel violentiam aliquem inde trahendo, vel prohibita ibi exercendo: ſi fecit injuriam reliquijs, vel imaginib⁹ ſanctorum, vel irreuerenter ſeſe habuit ad res ſacras: ſi percuſſit, aut vim in-

Sacramentorũ mala perceptio, vel adminiſtratio.

Sacramentorum, abuſus. Excommunicatio.

Suſpenſio Eccleſiarũ & ipſorum immunitatis violatio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN